

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6790

Autre(s) référence(s) : Round 1049

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : La Flèche, Saint-Jacques (léproserie)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1159]

Lieu d'émission : La Flèche

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens appartenant aux lépreux de La Flèche.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CVI, t. 1, p. 211-212.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 1049.

Dissertation critique

« La pièce a été souscrite par l'archidiacre Froger, devenu évêque de Sées en 1159 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 211.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus hominibus et amicis et fidelibus suis, tam presentibus quam futuris, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse leprosis de Fixa, quorum domum pater meus et Gaufridus de Claris, dapifer suus, fundaverunt, omnes dotations quas eis dederunt in terris et decimis et redditibus et exemptionibus, et in omnibus rebus et omnibus locis, sicut charta patris mei et charta ipsius Gaufredi de Claris, quas oculis meis vidi, testantur. Preterea, pro anima patris mei et antecessorum meorum, et pro salute mea et regine et liberorum nostrorum, do eis et concedo et charta presenti confirmo in puram et perpetuam elemosinam furnum meum de Fixa, cum omnibus que ad ipsum furnum pertinent, ita quod neque meo tempore, neque tempore heredum meorum, aliquis possit facere furnum novum qui disturbet pertinencias furni illius, neque aliquis auferre presumat aliquid quod ad furnum illum pertineat, et totam aquam et aque piscariam a molendinis meis de Fixa usque ad molendinum de Pinceyo, ita quod nullus ibi possit piscari nisi ipsi (?) ; quando ego venero ad Fixam et voluero,

faciam ibi piscari ad voluntatem meam. Et in nemoribus meis de Cusseyo et de Donevallo do eis et concedo ad usus eorum totum mortuum boscum jacentem et ramos sicclos, et per omnes forestas meas pasnagium eorum quietum, et singulis annis unam feriam in die festo apostolorum Simonis et Jude, que duret per diem unum, ad luminare ecclesie sue ; et omnes donationes que eis rationabiliter facte fuerunt, tam in terris quam in emptionibus et in omnibus aliis modis, teneant bene et in pace, et libere et quiete, ita quod nullus eis inde faciat injuriam aut contumeliam.

Testibus : Fulcone abbatte de Veron (sic), Gaufrido decano Andegavensi, Frogero archidiacono, Hugone de Claris, Girardo et Richardo capellanis, Richardo scriba.

Apud Fixam.